

Serenissimo domino suo Arberto Dei gracia Romanorum regi semper augusto . . Odo eadem gracia Bisunt(inus) archiepiscopus salutem et | regni sui gubernacula feliciter exercere.

Magestati regie volumus esse notum, quod cum discordia verteretur inter nos et nobilem virum Iohannem de Cabilone dominum de Allato super quibusdam convencionibus inter nos habitis super feodo vicecomitatus Bisunt(ini), nos et dictus Iohannes super dicta discordia composuimus in hunc modum, quod nos nomine sedis Bisunt(ine) dictum Iohannem in hominem nostrum legium recepimus de feodo dicti vicecomitatus, salvo iure nostro et alieno. Et dictus Iohannes fecit nobis fidelitatem et homagium de dicto feodo nomine nostro et sedis Bisunt(ine). Et nos debemus rogare et requirere vestram regiam magestatem per nos vel per procuratorem ydoneum ad hoc habentem mandatum speciale, quod cum illustris rex Francorum sine consensu nostro intraverit dictum vicecomitatum, qui est de feodo nostro et quem a vobis tenere debemus in feodum, ipsum regem Francorum inducere velit et facere bono modo debito, quod ipse rex Francorum dimittat dictum vicecomitatum et nos tanquam dominum feodi et dictum Iohannem tanquam vessallum nostrum de dicto feodo vicecomitatus guadere permittat, et hoc modo et aliis licitis modis debemus et promisimus bona fide procurare, quod dictus Iohannes habeat vicecomitatum supradictum pacifice et quiete. Hoc salvo quod nos non tene mur facere vel solvere aliquas missiones vel expensas pro recuperatione dicti vicecomitatus, prout hec omnia in quodam instrumento publico super hoc confecto sigillo nostro et dicti Iohannis sigillato plenius continentur<sup>1</sup>. Unde sublimitatem vestram rogamus et requirimus supplicando, ad quod eciam faciendum secundum formam compositionis predictae discretum virum dominum Stephanum decanum de Sexta et Guidonem Guillardii officialem curie regalis nostre<sup>a</sup> Bisunt(ine) nostros facimus et constituimus speciales procuratores, quatinus placeat vobis inducere dictum illustrem regem Francorum et facere bono modo debito, quod ipse rex Francorum dimittat dictum vicecomitatum

---

a) 'nri' Or.

diesen Jahren vielfach für Johann von Chalon thätig ist und z. B. fast alle Willebriefe zu den Privilegien König Rudolfs geschrieben hat.  
1) Vertrag von 1299 Nov. 22, ebenda B. 499.